

LEONORIVS GALLORVM ET GERMANORVM DVX.



Leonorius vir fortissimus à Trognis, Tolisto-
bogis, Tectosagibus, & Ambronis, Galliae &
Germaniae incolis dux electus fuit. Is cum Lutha-
rio alio duce Græciam atq; Asiā inuadere atq; sibi
subiçere statuit. Itaq; secundum Danubium descen-
dentes, primò Lissimachiam urbem occuparunt, at
que totā Chersonesum uicerunt. Cum hac ratione
res eis ex animo succederent, duces ipsi contentio-
ne orta inuicem discesserunt. ex ijs Leonorius Bi-
zantium profectus, Lutharius uero Hellespōtum
transiens in Asiā peruenit. Eo aut tempore Nico-
medes rex Bithinię cum Zybota rege de finib. cō-
tēdebāt. Is itaq; Gallorū fortitudinē cōsiderās, du-
ces inter se reconciliauit, atq; utrūq; in auxiliū asciuit. Illi ergo sua uirtute ho-
stem uicerunt, atq; totum Bithinię regnum Nicomedi restituerunt. Itaq; rex
partem Asiæ ipsis incolendam tradidit. Verūm ipsi ea portione non contenti
ulterius progressi sunt, atq; plurimas regiones sibi subiecerunt, ita ut omni-
bus regibus & populis terrori essent. Earegio postea Galatia & Gallogrecia
ab ijs denominata fuit. Accidit id circa annum mūdi termillesimum sexente-
simum nonagesimum. Ioan. Stumpff. lib. 3.

L Eonorius vir fortissimus à Trognis, Tolisto-
bogis, Tectosagibus, & Ambronis, Galliae &
Germaniae incolis dux electus fuit. Is cum Lutha-
rio alio duce Græciam atq; Asiā inuadere atq; sibi
subiçere statuit. Itaq; secundum Danubium descen-
dentes, primò Lissimachiam urbem occuparunt, at
que totā Chersonesum uicerunt. Cum hac ratione
res eis ex animo succederent, duces ipsi contentio-
ne orta inuicem discesserunt. ex ijs Leonorius Bi-
zantium profectus, Lutharius uero Hellespōtum
transiens in Asiā peruenit. Eo aut tempore Nico-
medes rex Bithinię cum Zybota rege de finib. cō-
tēdebāt. Is itaq; Gallorū fortitudinē cōsiderās, du-